

Forſan & hoc tempus, Fridericus maximus ille  
In lucem Caſar, quando redibit, erit:  
De quo, ceu perhibent, temporibus edita priſcis  
Multa Sibyllino carmine fata canunt.  
Verum quicquid erit tandem, fac optime Chriſte,  
In pace ut ſit Res publica, templa, ſchola.  
Omnibus hoc nobis precor, atq; iugalibus illis  
Ut ſis perpetuo tempore praſto nouis.

Matthæus Frobenius.



39.  
AD  
BUDISINAM,  
Patriam ſuam dulciſſi-  
mam; Ejuſdemq; recens cre-  
atum factum  
CONSULEM  
DN: HEINRICUM  
GARTNERUM U. J. D.  
Clarifs. &c.

N um, GARTNERE, TIBI, Themidos Charitumq;  
SACERDOS,  
An PATRIÆ grater, neſcio penè MEÆ?  
Te claris animi PALLAS virtutibus auxit;  
Auxit Te digno GLORIA honore modò.  
Ornatum voluit rubrâ Te GALLIA Mitrà,  
Conſtituitq; CAPUT TE BUDISINA ſuum.  
Hujus in anguſtis verſatur CURIA rebus,  
Indiga CONSILIIS, & recreanda BONIS.

A 2 Hujus



YYY117

Hujus dum Clavum, dum magna negocia tractas,  
Provehet ad portus AURA SECUNDA ratem.

Felix, ô PATRIA, es; quin terq; quaterq; beata  
NAVARCHUM simul ac HUNC TIBI FOVA dedit  
HUNC reverere piè; CONSULTAQ. suscipe SANA,  
Suspiceq;: imò HUIUS semper AMORE flagra.  
At TIBI, quem turpis nunquam, dignissime CONSUL,  
Ambitio incescit, GRATULOR HUNC TITULUM;  
Quem GENIO, & studiis, propriâ & VIRTUTE parâsti,  
Sint TIBI qui faveant, invidiantq; licet.

Andreas Emmenius Budisin.

P. & Medic. D. Reipubl. Zittav. Phy-  
sicus ordinari: E.

~~~~~  
Cum FABRUM raperet dira Inclementia mortis,  
Augustum vestra qui Caput Urbis erat;  
Huncq; obitum properè ventosa licentia fama  
Nobis narraret cum Gemitu eximio:  
Obstupui, doluiq;, EXCELLENTISSIME DOCTOR,  
Quòd sic conciderit tanta Columna Fori.  
Tandem ISTHOC ducebam animo, rebaq; futurum:  
(En mentis divulgò interiora mea!)

GART-

GARTNERI rara est Pietas, metuentius ullum  
NUMINIS ingenium non BUDISINA tulit.  
Mira illi est Gravitas inter fora publica, mirus  
Est & in eloquio cum gravitate Lepos.  
Est animi Robur grave, dives Gratia fandi est,  
Ingenuus Candor, Judicium insolitum est.  
Hic FABRI Successor erit, VOTA arma decusq;  
Consulis huic tribuent, Præcipuum esse volent.  
Hem factum est, nec spes, nec me mea cura fefellit.  
Rumori optato si sit habenda fides,  
Cum pompa insigni Te proclamavit in \* ABHRECH  
Pompa Senatorum, Civicus ordo suum.  
Noster Amor GARTNERUS, ovavit Quilibet, Ipse  
Doctor GARTNERUS Noster Ocellus erit.  
Mirum est, sese alii satagunt vel fraude dolove  
Ingerere officii: Hic inopinus Honor  
A Pietate oritur, locuplèsq; Peritia rerum,  
Doctrinæq; Vigor maximus hunc genuit.  
Gratulor eximium meritorum culmen Honorum,  
Et muto vocem, dicòq; CONSUL HAVE:  
CONSUL HAVE Gärtnerè, diu Clarissima ce. nat  
Urbs Directorem Te Budisina suum.

\*  
Gen. 41.  
v. 43.  
אברהם  
Luther  
eleganter  
redidit  
Dee  
Landes  
Vater  
vel etiã  
Stadt  
Vater  
oder  
Bür-  
germeister.

ô Vrbis

δ Vrbis digna Viro hoc, δ Vir dignissimus Vrbe hac!

δ hac Virtutis digna Trophæa Tua!

Porro, quam nactus, Spartam feliciter orna,

IN COMMUNE BONUM nocte dieq; tuas

Vires pendè, Chorūq; Forūq; Thorūq; tuere;

Omnia Iudicii dexteritate rege.

Exige Pupilli, miserive Clientis ad Æquum

Causam, Jus scire & ferre sat esse puta.

Non tantum facili querulas affamine, sed RE

Erige personas, OMNIBUS ESTO PATER.

Sic nomenq; Tuum, egregia laudesq; manebunt;

Sic post exequias fama superstes erit,

Et rude donato CONSUL supremus in Orbe

Attribuet tandem Cœlica sceptrā Tibi.

Hoc fiat, voveo multis singultibus; Optant

Hoc Cordati omnes; SINT rata vota precor.

M. Andreas V Vinzigerus

Zittav. Ecclesiæ Patriæ  
Diaconus.



Plutarch

Nuptiis auspiciatiss.<sup>mis</sup> 1616.

Viri Nobilis & Consultiss.<sup>mi</sup>

D N.

CHRISTOPHORI GÜNTHERI,  
Illustriss.<sup>mi</sup> Principis Wirtembergici

Consiliarii, aliorumq; Statuum Imperii,

& sex Civitatum Sup: Lusaciæ in Aula Cæs: cau-  
sarum Agentis, &c.

S P O N S I :

Et

Nobilis ac pudicissima

F O E M I N A E

ANNÆ NESENÆ,

Viri integerrimi Dn. Joannis Rodossii Sena-  
toris quondam Zittaviens: p. m. relictae viduae

S P O N S A E.


Zittaviæ ad diem 7. Novemb: feliciter celebrandis,

A M I C I

Pia mentis affectione benè precantes vota  
sua consecrabant.

ZITTAVIÆ Typis Joannis Venatoris, Anno

M. DC. XVI.



118